

Sigismundus Primus Rex Poloniae
Christophoro de Szydowiec Balatino
et Capite Cracoviae. R. S. Cancellario

79

M^o Mag^o sine nobis dilecte
Vidimus hunc Cubicularium, ad in-
-visendum Charissimas natas nostras,
quas vellemus quidem jam ad aliud locum
transferri. Sed veremur, ne illic ubi mane-
-re deberent, satis salubris esset aera.

Credimus tamen in Chęzin nullum esse
periculum, quod S^{re} tua persequari po-
-terit. Et si comperiet non esse aliquid me-
-tuendum, faciat, ut illic traducantur.
Videtur enim nobis ille locus salubrior,
et commodior esse, pro mansionem ipsarum

Chęzin

Nihil scripsimus hactenus
S^{re} tuae De rebus et successibus nostris,
quia nihil tale evenit, quod scribendum
esset, S^{re} tuae et aliis Consiliariis no-
-stris. Omnia sunt quiescentia in finibus.
Idque ut putamus non minori angustia
et lassitudine hostili, quam nostra sunt

tamen a nobis

tamen à nobis illuc crebre incursiones,
et gratiã Dei cum victoriis nostri sem-
per et præda revertuntur —

Id vero quòd Stas tua scri-
bit Ducem Constantinum esse à
Tartaris profligatum, nobis aliter con-
stat, nam utcumque aliquas ex suis
amisit, victoriam tamen obtinuit,
et prædam omnem abegit —

Literas omnes, quas nobis
Stas tua scripsit, sunt nobis reddita
præter eas, quas afferre debet Jastragski
adhuc enim non venit —

Mittimus Quiddantiam ad
Magnum Andream De Radziejowicz
Galatinum Glocen, — pro ea pecunia que
dari debet matronis, et puellis illis, que
sunt circa Filias nostras, ut secundum
Ordinationem nostram illis distribuatur
Bene valeat. Datur —